Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

distolor per illum effert / Dein tauro monte
obuio antro montis immergit / Et per late
bras mersum in aduersam partem voluās et
purgamenta plurima secum trahens apud
lacum qui Zorada appellatur omnia de
mersa ferens / factusque iterum fluuius In cuni
culos mergit iterato / Et postque xxv. mil.
passuum occultus excurrit / terre reddit ter
ris in regione sophen circa nymphenum.
Adeo propinquus Arsenie fluuio in regione
Arrhenem / ut quom quacumque ex causa intumu
erit seruatis sibi quisque vndis suis confluat
vna / cuius rei testimonium lenior Arsenie cur
sus est / Qui mox diuisus in Euphratem
iter dirigit relicto tigri / Qui susceptus ex
armenia claris fluminibus parthenos et
alios distinguit / Et ut asserunt aliqui Niniue
in partes diuidit et Messopothamiam fa
ciens lustratis radicibus montium Coridri
orum circa Apamiam Seleuciam atque
babiloniam xxv. mil. passuum in alueos di
uisus duos funditur / Quorum vnus quem
meridiensem vocant Seleuciam et Messe
nem alluit / Alter autem in septentrionem
versus campos caucasi irrigat: et ubi in
vnum redire alueum tygris dictus est / Ve
rum cum hos lx. mil. passibus ampliauit
nasto effusus alueo dextra Carince oppidi
persicum in mare defertur / nec vno tamen
hostio sed pluribus inistere eidem / Alij vero
dicunt hunc Rubro infundi mari

Euphrates

Euphrates quartus fluuius qui
frugifer sonat Inter ceteros flu
uios memoratum plurimo celebris est / tam
veterum litteris quam exundacionibus suis hunc
quidam volunt ex paradisi fonte mortalibus
quidem incognito deriuari / Alij dicunt in Ar
menia Maiori in monte: cui paracoatra
nomen haud longe a fonte tygris oriri / Is
aliquibus susceptis fluminibus validior fac
tus in taurum montem vires experitur
suas / Cui cum non resistat Taurus progre
ditur victor: sed saxosus atque violentus ad dex
teram Comagenam: Ad leuam autem
reliquit arabiam / Verum sunt qui velint
eum in alueos duos diuidi: quorum alium
in tygrim effundi dicunt / reliquum vero per
meatus medorum gordianorumque terris in Me
sopotamiam ferri / Et babilonia quondam
Caldeorum reginam in partes duas cursu
medio seperare / Inde hic idem postque aliquam
diu effluxit qui nauigabilis et ingens ante
fuerat in paludibus dispersus amplissimis
tenuis efficitur riuus et incognitus (ut aiunt)
nusque aperto exitu effluit / Esto sunt qui
dicant eum in mare rubrum fundi / Volunt
in suo hunc inh more et fere eodem tempore

Mesopotamiam irrigare: atque fecunda facere
et sese in alueum statuto tempore reuocare /
Quamobrem eum nomen Euphratis sorti
tum volunt / Cum hebraice Euphratas fer
tilitas appelletur / Dicunt et alij aquas eius aliȷ
esse vitales / Et ob id a priscis aureum
fuisse vocatum

Cum omnia in quibus historia versatur ex 1
completi rerum scriptores deceat:
Pauca de desitate maris Ac eius nominibus
Iuxta varietate regionum adiungere libuit /

Homerus terram omnem quam incolimus
ambitu oceano prodidit / Neque alienum
est insulam eam esse / Nam quocumque accede
ad extremos terre mortalibus permissum est mare
inuenit / Quod oceanum appellamus: et hunc
nostre habitabilis terminum quasi versum exis bilis
timant / Oceanus autem quem greci sic nominant
de celeritate: ab occasu solis irrumpens leuo
latere europam radit: Affricamque dextro scissis
que calpe et abina montibus / quos dicunt colu
nas herculis inter mauros funditur et hispa
niam / At freto isto / quod hostio aperit linee
interni equoris mixtus mediterraneis finibus
quousque ad orientem propellit / horum quoque hispa
nias perfudit / hiberusque fertur / et balearicus
Qui in narbonesem prouinciam / gallicusque
max ligusticus: ab eo ad Siciliam tuscus: que
greci Ionium uel tyrrhenum Itali Inferum
vocitant / A sicilia usque cretam siculus: In
de creticus qui in pamphiliam et egiptum
protendit / Que aquarum moles torto in sep
tentrione primus latere amfractibus magnis
iuxta grecias ~~plecirum~~ et hellespontum in ylliricu
Angustias stringitur propontidis. Que ponte
Asiam Europamque disterminat / Causa nomi
num vniformis dedit raro Asiaticum et phoeni
cium a prouincijs dictum. Ab insulis carpathium
egeum icareum cyprium: A gentibus Auso
nium dalmaticum ligusticum / Ab opidis hadri
aticum Argolicum et Egiptum pelagus asce
datur / gallicum Europe / Affricanum libyae / hec
in gremijs terrarum. Oras autem extimas ut dic
tum Oceanus amplectitur. Qui a littoribus suis
~~Arabicus~~ persicus Indicus eous sericus hyr Arabicus
canus caspius ~~stithias~~ germanicus gallicus Scithicus
atlanticus libicus egiptius dicitur. Cuius ac
cessus incrementa circa littora indie vehemen
tissime proruunt / maximosque ibi exitus fa
ciunt / siue quod suspensius aliis tollatur in eo
locis / siue quia in ea parte orbis et fontium et
fluminum copia sit effusior